

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Martyrium**

**[Basel], 1492**

[urn:nbn:de:bsz:31-333321](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-333321)



R.

~~St~~

X

Reich Aug. 163

AN 641 H. + 10864.

AN 642 H. + 7946.

*Handwritten text at the top of the page, possibly a library or collection mark.*

*C. 6. N. 11*

**Tractatus de mar  
tyrio sanctorum.**



LIBRARIUS DE MONT  
CARTO PAVLOSINI



**I**ncipit tractatus de martyrio sanctorum.



**D**ereti mihi ac di-

ligentē pstrutanti christiane ecclesie fundamētū et augmentū id mihi potissimū martyriū videt. Hocq; nos expiētia docuit q; martyres magnificētissima tormētōz tollerātia: mundū in admiratiōnem stuporemq; deinde ad veritatis hoc est Iesu christi crucifixi inquisitionez: conduxerunt. Quo reperto / et illius crucem baiulare / et exquisitissimas mortes subire: vt illius sanctissimum nomen vbiq; profiterentur non dubitabant. Sicq; factū est vt cum terribilia tormenta demon excogitasset: et magnas psecutiones vndiq; cōmoueret: rursū plures in pfectionē sacre fidei prumpebāt. Et cū preciosissimo sanguine dñi nostri Iesu christi / primo genus humanū redemptū sit: sui milites: ac discipuli ducē suū et magistrū sequētes iertimabilis sanguinis effusione: illius ecclesiā et fundauerūt et auferunt: substētārūtq; mirabiliter: quousq; sanctissimū suū nomē: illiusq; sanctā crucē imperator romanus aliq; mundi pncipes ad eorū gloriā suis frōtib; impresserūt. Quibus cōfusus demon peiora excogitauit: et nouas terribilesq; hereses inter christianos seminauit. Et et psecutiones peiores hoc est a nomen xpi pfitentib; in christianos fierēt. Sed dedit deus sapientiā sanctis suis: quī et scripturis sanctissimis: et fortissimis disputationib; hereses exterminarūt. Et reddita ecclesijs pace: creuit vndiq; mirabiliter seruentiū deo numerus: vt celū nō sit stellis ornatū sicut egypti deserta sanctissimis monachis replebant: vt scripsit Chrysostomus. Que admirat; antiquus hostis: ac territus: alias fraudes adinuenit. Adundi illecebras volentib; deo fuire fraudulentē pacis ocio suggerebat. Inertiam ac sacrorū librorū iam inutile studium suadebat. Inter christianos interim principes nouas

Chrysosto.

discordias seminabat: et sicut iam victor exultans: tam clerici et  
cos qui etiam monachos ad diuersas secularesque contentiones  
cōduxit. Inde nata sunt inter christianos odia: contentio-  
nes: nata est ingens auaritia: ac luxurie omnisque inuidie  
omnia iam repleta. Nec his contentio demon: ob hec tanta  
christianorum scelera permissum sibi a deo excogitauit peio-  
ra ac terribiliora posse iam exequi. Nouam legem seruo suo

Moameth.

Moameth dictauit: illumque magnum prophetam dixit. Et quod  
per tunc christianorum fere omnium sacrarum scripturarum inscitiam  
non ignoraret: quia tamen hoc successu posse fieri cogitauit  
ut diuinis scripturis et fortissimis disputationibus falsam le-  
gem ad deceptos sequaces ostenderet: hoc principale primum  
dixit in falsa lege fore preceptum necessarium: ut non disputatio-  
nibus sed gladio illam sequentes defenderent et auerterent. Sicque  
maximam orbis partem possedit. Et cum christianorum charitas  
ut plurimum frigeret: nec iam quisquam pro gloria dei utilita-  
teque proximorum mori velit: crescerent illi quotidie: nec reme-  
dia iam querimus: sed velut inertes nec mala nostra cu-  
rantes iusto dei iudicio ruinam quotidie expectamus.

Franciscus.

rum angelicus vir ac vere seraphin franciscus amore Je-  
su christi succensus: proximorum salutem totis visceribus siti-  
ens: hoc clarissima luce preuidit: quod nulla re magis quam mar-  
tyrio et cruce Iesu christi illorum perfidia perfundi poterit. Ideo  
in regula et vita quam reuelante deo sibi et fratribus suis de-  
scripsit: pro ipsorum infidelium salute et conversione consulit: ut  
peregrinationibus laboribus et erumnis non parcat: sed mar-  
tyrio se exponat: ac offerat. Nec minus ipse igneis affecti-  
bus et insatiabili charitate inflammatum martyrium concupi-  
uit. Ad saracenos etenim transfretauit: et que a deo illi per-  
missa sunt predicationibus et miraculis gloriose perfecit.  
Sed illum ad alia seruauit deus: ut plures ad rem hanc ani-  
maret eumque mundo exemplum mirabile paupertatis et charita-  
tis ostenderet: voluitque illum non per carnis martyrium: sed per  
incendium mentis totum in christi crucifixi similitudinem trans-  
formari. Attendite igitur christiani fideles: quod non armis non

curibus: non diuersorum generum propugnaculis illorum infidelitatem faciliter vincemus: qui quotidie ob nostra peccata nos superant ac conculant: vendunt: et sine martyrio occidunt. **S**ed sanguine potissimum nostro: et cruce Iesu christi: ut come totus mundus primo conuersus auctus et sustentatus est: sic ad nomen christi eodem martyrio recuperare poterimus. Illud ergo pro christi gloria primum aperiam quo Iesu christi sanctissimum nomen certissime magnificabitur: quod heu christianorum obprobrium ab impijs infidelibus quotidie blasphematur: et nos miseri sine iniuria sufferre videmur. Accipiamus crucem domini et inde proximos ad christi cultum pro posse conuertamur: quia hec via est: nec alia ab alio reperiri potest. Hec nos ad veram vitam conducat: coronisque triumphalibus et rubentibus floribus miri eterni que odoris contextis perpetuo coronabit. Et ut ipse martyr vim ac processum vnusquisque cognoscere possit: aliquid de ipso per ordinem tractabimus: sanctorum auctoritatibus et martyrum exemplis confirmantes. **V**idebimus etiam primo. **Q**uid est martyrium. **C**ap. i. **Q**ua ex causa. Et a quo ortum habuerit martyrium. Et unde dicatur. **C**ap. ii. **Q**uot sunt genera martyrum. **C**ap. iij. **Q**uot modis perficitur martyrium. **C**ap. iij. **Q**ue decorant seu magnificant martyrium. **C**ap. v. **Q**uibus virtuosis dispositionibus martyrium est suscipiendum. **C**ap. vj. **Q**uibus respectibus debemus semper promptos esse ad martyrium. **C**ap. viij. **S**ed nemo impudenter et sua virtute confidens nisi tractus a deo presummat accedere ad martyrium. **C**ap. viij. **D**e gradibus martyrum. **C**ap. ix. **D**e premijs martyrum et paradiso. **C**ap. x. **R**efutationes argumentorum: que contra huius temporis martyrium fieri solent. **C**ap. xj. **D**e impedimentis retrahentibus nos a martyrio. **C**ap. xij.   
a iij



De his q̄ xp̄s negat q̄ mō debēt redire ad p̄siaz. **Ca. xiiij.**

De crebra iuocatiōe nomis Jesu tpe martyriū. **Ca. xiiij.**

Qui sunt abiles ad martyrium. **Ca. xv.**

An fr̄es minores p̄ ceteris obligēt ad martyriū. **Ca. xvj.**

Quis mod⁹ habēd⁹ his q̄ ignorāt linguā eorū ifideliū ad

q̄s charitatis ⁊ martyriū ardore accedere cupiūt. **Ca. xvij.**

Excusatio eius q̄ libellū hūc cōposuit. **Ca. xvij.**

**Quid est martyrium. Ca. i.**

**V**enientes igit ad primū dicimus: q̄ martyri-  
um est passio: quā quis p̄ dei omnipotētis glo-  
ria ⁊ sui ipsius ac proximi salute/discrete susti-  
net. Nō em̄ quicūq̄ aliquid q̄uis asperrimuz  
patiatur: martyr dici debet. Ut apostolorū princeps Pe-  
trus in sua epistola ait: Nemo eni vestrū patiat quasi ho-  
micida: aut fur: aut maledic⁹: vt ⁊ latrones q̄ cū xp̄o cru-  
ci affixi fuerūt. Et qui ob aliā causam q̄ pro gloria omni-  
potentis dei patiunt: martyres dici minime debent. Nisi  
forte eius cause martyres dicantur p̄ qua patiunt: vt et  
plurimi mercatores qui pro tpali lucro pessima queq̄ et  
aliquādo mortē incurrūt. Seculares similiter milites: q̄  
nō p̄ christo/sed p̄ mercede / stipendijs ⁊ aliquando in-  
ani gloria: discrimina belli ac mortē ineunt. Qd̄ mirabile  
christianis phdolor est: quorū plurimi pericla ⁊ mortes  
pro rebus transitorijs subire nō formidāt: q̄s omni formi-  
dine ⁊ arrogātia posse se pati pro christo excusant: q̄ pre-  
mium illis cōdonaret eternū. Quare xp̄i ruit ecclia nec ē  
qui reedificet: aut saltē illā sustentare velit: hoc putriduz  
corpus qd̄ n̄m non est sed vermiū timentes p̄dere. Ex-  
p̄giscamur igit a somno dormientes: ⁊ inertem vanāq̄ ex-  
cusationē repellam⁹: non esse scilicet nūc temp⁹ martyriū:  
qd̄ nō minus cōgruū existit deficiēte tam fide: q̄ crescen-  
te antiquitas fuerit. Et vt cōcludā cū Chrysostomo: Si  
post modicū morituri sumus: quare ante modicū in cau-  
sa dei cū gloria nō morimur: vt fiat volūtariū qd̄ futurū ē  
necessariū. Insup ⁊ martyriū qd̄ ad dei laudē suscipit et  
ad salutē suscipiētis deuēiat ē necesse: xp̄o dicēte in Apo

Chrysosto.

calipsi: **U**incēti dabo edere de ligno vite qđ est in para  
diso dei mei: vt lati<sup>9</sup> in sequētib<sup>9</sup> explicabim<sup>9</sup>. **Q**uia etiā  
pximi vtilitas psequat<sup>r</sup> tāgit z **M**axim<sup>9</sup> in fīone marty  
rū dū ait: **O** immēsa dei pietas: martyrū merita nra vult  
eē suffragia: illos examinat: vt nos erudiat. Illos pterit:  
vt nos acqrat. **I**llor<sup>9</sup> cruciatus: nostros vult esse pfect<sup>9</sup>.  
**A**ddidimus cū discretiōe passionis: ne qđ fatuose occi  
dat: vt aliqui audito sermone platonis de immortalitate  
anime mori se dederūt. **S**icut de **B**rachiote quodā legi  
mus: qđ cū eundē librū plegisset p̄cipitē se bdit. **E**t de **L**a  
thone vticensi similē romane sapiētē pncipe: qui anteq̄  
se occideret eūdē platōis libz de imortalitate aīaz dicē  
plegisse: vt ad summū nefas p̄bi auctoritate cōpulsus di  
ci posset. **S**ed gauderē tūc istos p̄hedronē platōis etiā le  
critasse: vt eiusdē auctoritate a tāto scelere abstinēdū no  
uissēt. **S**imilē z aliū plures p̄bi vt refert **L**actātius libro  
tertio diuinaz institutionum: ex his qđ eīnas esse animas  
suspicabant: tanq̄ in celū migraturi essent: sibū p̄i manus  
intulerūt. **U**t cleantes: vt chrysipus: vt zenon: z empe  
docles qđ se in ardētis ethne spec<sup>9</sup> intēpesta nocte deiecit  
**E**t democrit<sup>9</sup> qđ licet in alia fuerit psuasiōe: spōte tñ sua:  
leto: caput obuolut<sup>9</sup> obtulit. **Q**uo nil scelerati<sup>9</sup> fieri pōt  
**E**t lucretia similē romana nobilissima de fama desperās  
mortē ferro sibi itulit. **I**dē z iudas nō iā de xp̄i mīfīcor  
dia fidēs: mīfīabilē laq̄o se suspēdit. **Q**đ gen<sup>9</sup> mortis as  
serētib<sup>9</sup> scīssimis viris diabol<sup>9</sup> magna calliditate hōib<sup>9</sup>  
suggessit z infidib<sup>9</sup> marie: q̄q̄ z xp̄ianis aliq̄b<sup>9</sup> s̄b rōnis  
tegmie conat<sup>r</sup> sit igerere: ne. s. āpli<sup>9</sup> peccēt: h̄ ē: d̄testatiōe  
pcti: ne i illō itez irruāt. **Q**uā cām nefandā si voluerim<sup>9</sup>  
admitterē: vt ait **A**ugustin<sup>9</sup> de ciui. dei li. i. eousqz p̄gres  
sa puēiet vt hortādi sint hōies tūc se poti<sup>9</sup> infimere: cū la  
uacro sc̄tē regeneratiōis abluti vniuersor<sup>9</sup> remissionē ac  
ceperint peccatorū. **C**ur ergo baptizatus sibi quisqz par  
cit: **C**ur liberatum caput tot rursus huius vite pericu  
lis inserit: **C**um scriptum sit: **Q**ui amat periculum incide  
a iij

Maximus.

Platō.  
Brachiotes  
Lato vticen<sup>9</sup>

Lactātius.

Cleātes Chry.  
Zenon Empe.

Democrit<sup>9</sup>

Lucretia  
Judas

Augustin<sup>9</sup>.

in illud. Sed hoc quia nefas est dicere: nefas est profecto se occidere. Et alibi eodem in libro detestabile facinus et damnabile scelus est se ipsum hominem occidere: sicut veritas manifesta proclamat. Quis ita desipiat ut dicat iam nunc peccemus: ne forte postea peccemus? Jam nunc perpetremus homicidium: ne forte postea incidamus in adulterium.

Lactantius.

Ideo ait Lactantius: maius esse id facinus extimandum est cuius ultio soli deo subiacet. Qua in re non tantum christi fideles: sed gentium alij meliores patrum gentium mortis abhoruerunt. Nam Marcus Tullius in eo tractatu quem de somnio scipionis scripsit: emilium scipionem audiens narrat ab africano: hanc quam dicimus in hoc mundo vitam mortem esse: dicentemque deinde patri paulo: Queso pater sanctissime ac optime: quoniam hec est vita ut africanum audio dicere.

Cicero.  
Scipio emilius.  
Scipio africanus.  
Paulus emilius.

Quid moror in terris? Quando huc venire propero? Non est ita inquit ille paulus. Nisi enim cum deus is: cuius hoc templum omne quod conspicias: istis te corporis custodij liberauerit: huc tibi reditus patere non poterit. Quare et tibi publici et privi omnibus retinendus est animus in custodia corporis: nec iniussu eius a quo ille est vobis datus: ex hominum vita migrandum est: ne munus humanum assignatum a deo defugisse videamini.

Plato.

Que perceptio a Platone in phedrone definita prius fuerat homini non esse sua sponte moriendum: sed naturam ipsam expectandam. Ait enim eos qui potestatis imperio trudentur in carcerem non oportere inde effugere priusquam potestas ipsa que clausit abire permiserit. Non enim vitari penamfurtiva discessio: sed crescere. Aliaque subtilius ipse plato et post eum

Plotinus.

plotinus enarrat: que si quis legere voluerit: auctores audivit. Nobis sufficit christum sequi crucifixum: et illi nominis gloria causa urgente morte nondum timere: sed forti animo illam subire: nobis tamen mortem inferre ut celestissimum

Lactantius.

abhorreret. Unde pulchre ait Lactantius: Si virtus est mortem contemnere: non ut appetamus: eamque nobis ultro inferamus (sicut philosophorum plurimi sepe fecerunt: quod est

sceleratum atq; nefariū. Sed vt coacti deum relinquere :  
ac fides proderet: mortē suscipere malimus: libertatemq;  
defendam⁹ aduersus ipotentū stulticiam: recordēq; vio  
lentiā: et omnes seclī minas atq; tortozes fortitudine ani  
mi prouocem⁹. Sic ea que alij timent: excelsa ⁊ insupera  
bili mēte dolorē mortemq; calcabimus. Hec ille. Sed ex  
his que diximus dubiū de multis insurgit qui se ipsos oc  
ciderunt: seu certo se mortis periculo exponere nō formi  
darunt: vel alios ad se occidendū volūtariē prouocauerunt:  
quos tamen dei ecclesia (que falli minime potest) vt  
sanctos ⁊ martyres veneratur. Nam de **Jona** propheta  
scriptum legitur: q; nautis dixit mittite me in mare. Et de  
sampsone: qui se ipsum ruina dom⁹ oppressit: ⁊ sanctū illū  
paulus apostol⁹ nominauit. Et de **Eleazaro** machabeo:  
qui: vt in **Machabeoz** libro scriptū habetur ⁊ a iosepho  
similiter de captiuitate iudaica. **Clir** erat armis strenu⁹  
us qui vt gloriāz sibi compararet: medias hostiles acies:  
cunctis ad leuam ⁊ dextram occisis ptransiuit: venitq; stri  
cto gladio vsq; ad elephantē: in quo ex apparatu regē es  
se existimauerat: ⁊ subintrans bestiam mortale illi intulit  
vulnus: que mortua cadens ipsum sup quē irruit: ⁊ alios  
quos supra se portabat: occidit. De beato **Bermanico** si  
militer legit: q; sponte pparatā sibi bestia ad mortē: ven  
tibus ⁊ nutibus ad se lacerandū prouocauerit. **Margare  
ta** etiā virgo sanctissima oratione ad deū facta eū surge  
ret: dixit spiculatori: frater tolle gladiū tuū ⁊ pcutē me.  
Et de alijs sanctis feminis in historijs ecclesiasticis legi  
tur: q; vt suā defenderent pudicitia gladio se occiderunt.  
**Ambrosius** similiter in libris de virginitate ad sororem:  
et **Augustinus** de ciuitate dei libro primo de quibusdā  
feminis narrat: que vt insectatores sue pudicitie deui  
tarent: in rapturū atq; necaturū se fluuiū proiecerūt: q; s  
sic defunctas martyres ⁊ dicti sancti atq; ecclesia reputa  
uit. Sed vt omnis tollatur dubietas in hoc sancti om  
nes conueniunt doctores: q; nullus qualicūq; etiā aspe

Jonas.

Eleazarus.

Bermanic⁹.

Margareta.

Ambrosius.

Augustin⁹.

ra psecutione instante seipsum necare debeat: nisi quis  
non ex se faceret sed diuino spiritu singulariter pccitus: so  
lus ipse vt eius spiritus instrumentū se occideret. **Unde**  
**Augustin⁹** Augustinus eodem libro: **Hec** sampson aliter excusare  
tur: qui seipsum cū hostibus ruina domus oppressit: nisi q̄  
latenter spiritus hoc iusserit: qui per illū miracula facie  
**Jonas** bat. **De Jona** vero illū sic propheticē dixisse narratur vt  
christi designaret figurā: et proximi charitatē ostenderet:  
ne scilicet pro se exorta tēpestas periclitationis causa et  
alijs aduenisset. **Elazarus** etiā cū pro diuino honore cō  
tra icircūcisos chananeos bellaret: et magnū qd aut egre  
gium cū morte sua peragens: non certe sibi/sed ei pro cuius  
honoze laborabat gloriā principaliter quesuit. **Hec**  
fuit inconueniens germanicū illū robustū militē christi:  
vt debiliores ad durū bellū animaret spiritu dei impul  
sus: medias sponte se in acies iniiecisse. **Margareta** autē  
nihil verbis illis iunouare voluit: q̄ ipsa que a spicula  
toze orandi morā impetrauerat adimplerā iā esse oratio  
nem significaret. **Nil** enim aliud dicere voluit quando di  
xit: frater tolle gladium et me interfice: q̄ cōpleui oratio  
nem: exequere que executurus es. **De feminis** vero que  
se occiderunt vel que in rapturum: ac necaturum se fluui  
**Augustin⁹** um proiecerūt: nihil temere iudicare audeat **Augustin⁹**.  
sed si hoc fecerint non humanitus deceptas: sed diuini  
tus iussas: nec errantes: sed obediētes hoc fecisse asserit:  
sicut vt ille ait de **Sampson** aliud nobis fas non est cre  
dere. **Nam** vt alij etiam consentiunt doctores: mirabilia  
latenter sanctus dei spiritus in martyribus operabatur:  
vt eodem spiritu cōpulsī: vltro morti se dare viderentur:  
que licet aliquādo contigissent: nobis tamē minime sunt  
imitanda: nisi eodem spiritu cōciti et ducti simus. **Et** de  
**Seulian⁹** beato **Seuliano** scriptum est: q̄ illum cū milites occide  
re persequerentur: et iam flumē transuadissent: eū percus  
tere formidabant. quibus et ille ait **Secure** me percutite:  
et de sanguine meo ad imperatorē vestrum deferte: vt lu

mēn accipiat deiq; virtutē cognoscat. Similiter ⁊ de bea-  
to Longino legitur: q; cū preses graui fessatiōe infirma ⁊  
retur: ⁊ oculos amisisset: dixit ei: scito quia sanari non po-  
teris: nisi me occidi feceris. **¶** primum enim a te mortu-  
tuus fuero: pro te orabo: sanitatemq; corporis tibi ⁊ ani-  
me impetrabo. **¶** Qui illū statim decollari iussit: ⁊ vt mani-  
festa spiritus latentis suggestio videretur: vt illi predire  
rat secutum est. **¶** Idem ⁊ de beato Theodolo legimus: q;  
cum p̄sbyter esset ⁊ vna cum Euentio cōpresbytero: ⁊ eor-  
um episcopo Alexandro papa romano: sub traiano prin-  
cipe ab Aureliano iudice examinarentur: nec ab eorum  
sancto proposito reuocari possent: videretq; Theodol<sup>o</sup>  
Alexandrum ⁊ Euentium solos ligari iussos ⁊ in furnum  
ardentis ignis ex iudicis mandato proiectos: spiritu con-  
citus/in flammās ip̄e prosiliit: ⁊ decantans cum ipsis pari-  
ter gratias deo peregit: qui inde extracti gladio interie-  
runt. **¶** Nec horum rationem certam reddere possum: nec  
nobis imitanda sunt: nisi eodē nos spiritu duci cōtingat.

Longin<sup>o</sup>

Theodol<sup>o</sup>  
Euent<sup>o</sup>

Alexander

**¶** Qua ex causa ⁊ a quo ortum habuerit  
martyrium ⁊ vnde dicatur. **¶** Ca. ij.

**¶** In sacrarū scripturarū volumina reuoluam: iu-  
sticia ⁊ inuidia primo introductū martyrium:  
⁊ subsequētū deinde cognoscem: ⁊ ab Abel filio Adā ini-  
tiū sumpsisse. **¶** Scriptū namq; est in Genesi: Respexit dñs  
ad Abel ⁊ ad munera ei<sup>o</sup>. Ad cayn xō ⁊ ad munera eius  
nō respexit. **¶** Irat<sup>o</sup> est cayn vehemēter: ⁊ cōcidit vult<sup>o</sup> ei<sup>o</sup>.  
**¶** At si illi<sup>o</sup> vehemētis ire causam mēte disquisis. Abel iu-  
sticiā: ⁊ alteri<sup>o</sup> inuidiā solā fuisse cōperies. **¶** Sicut ⁊ de sal-  
uatore n̄ro scriptū est: Sciebat em̄ pilat<sup>o</sup>: q; p̄pter inuidiā  
tradidisset illū. **¶** Cū ergo iustoz ecclia supra petrā q; xp̄s  
est fundata fuerit. **¶** Iusti illi omnes qui propter iusticiam  
ante ip̄m mortem subire/passus est deus: ipsum dei filiu<sup>o</sup>  
turpissima morte occisum prefigurarunt. **¶** Sicq; prior om-  
nium fuit Abel: virgo purus: ouium pastor: sacerdos: q;  
deo sacrificiū de p̄mogenitis gregis sui: ⁊ de adipib<sup>o</sup> eoz  
subministrando offerebat. **¶** Ideoq; dū q̄reret dñs inuidi-

Abel Adā

etiam de sanguine iusto ab abel incepit dicens apud **Abraham**  
theum: **Ut** veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram a sanguine abel iusti usque ad sanguinem zacharie filij barachie quem occidistis inter templum et altare. **Quod** **Iesus** dominus noster ex eo etiam predixerat: quia ipse omnium sanctorum martyrum caput: in proximo occidendus erat: et omnis iustorum seu electorum generatio mystice pro persona una ac uno christi corpore summatur. **Et** sic christum occidendo: omnes etiam martyres occiderunt: qui ut christi crucem sequerentur: testimoniumque sanctissime fidei deponerent: mortes illas subire voluerunt. **Ob** quod martyres grece: latine testes dicti sunt. **Et** martyrium testimonium scilicet fidei dicatur. **Unde** affirmant doctores aliqui illud proprie esse martyrium: quod quis in fidei testimonium patiat. **Qui** vero aliter patiantur: licet pro iusticia: martyres non nisi largo vocabulo: sed potius iusti dici debent. **Ideo** **Maximus** in sermone martyrum ait: **Fides** nostra mater martyrum est. **Mater** enim carnalis nutrit filium pro mundo: fides vero mater spiritualis nutrit: ut sacrificetur deo. **Iuxta** illud sapientie: **Quasi** holocausti hostiam accepit illos. **Sed** arguebant aliqui mortem nulla re aut causa pro posse subeundam esse: et sic nec martyrium aliquo modo acceptandum. **Et** dubium multis ex eo inferre videbantur: quod homo precepto quodam naturalis legis ad esse conservationemque sue nature indispensabiliter videatur abstrictus: quod omnino tollitur susceptioe martyrii. **Ad** dubium ex eo faciliter aufertur: quod preceptum est in lege: **Diliges** dominum deum tuum ex toto corde / mente et viribus tuis: et plusquam teipsum: ut pluribus in locis declarat **Hieronymus** et **Augustinus**. **Et** proximum tuum sicut teipsum. **Et** sic turpe illud esse: ac turpissima illa esset nature conservatio: quam nominis christi creatoris sui: ac sancti fidei blasphemias sustineret: quem plusquam teipsum amare obligaris. **Hec** ad hanc nature: hoc est dei precepto aliquo obligamur quo nunc esse cum illius ignominia confuemus. **Et** ut supra

**Iesus.**

**Maximus.**

**Hierony.**  
**Augustin.**

ait **Licero.** **De** **heronim<sup>o</sup>** et plures alij sancti confirma-  
runt: **U**iventib<sup>9</sup> mūdo vita nō est sed mors. **E**t que marty-  
ribus datur vere vita est. **N**ulli ergo dubiū q̄ potius esse  
illud exquirere debem<sup>9</sup> ac amare q̄d in vera vita p̄sistit:  
q̄ id quod in ea vita que mors est nos miserabilib<sup>9</sup> erum-  
nistozquet. **Q**uid em̄ miserabilius hac vita? **Q**uis eius  
infestationes considerare velit: et non dulce mori mani-  
feste cognoscat: et mortem nō penā sed morā mortis diju-  
dicabit? **N**am sine assiduitate morborū hanc vitā ducere  
non possum<sup>9</sup>: qm̄ nūc de pectore/ nūc de capite/ nunc de  
vētre/ quādoq; de faucib<sup>9</sup> cōquerimur. **A**liqñ nerui nos:  
aliquando pedes vexant. **A**hanc detractio: sero nos di-  
stillatio ferit. **A**liquando superest sanguis: aliqñ deest.  
**H**inc atq; illinc alijs etiā innumeris tēptamur incōmodis.  
videlicet qz vbiq; luct<sup>9</sup>: vbiq; desolatio nos agitādo fati-  
gat. **U**ndiq; pcutimur: vndiq; amaritudie replemur. **E**t  
quid vltorius singla recitare laboro: cū aduersitates in-  
numere animū cateruatim pulsant? **C**alamitates ingemi-  
nēt: cū cūctos affligat anxietas: sollicitudo molester: do-  
lor extenuet: cōturbet tristitia: contristet turbatio: paup-  
er enim et diues: seruus et dñs: deniq; bonus et malus: om̄es  
mūdāis cruciatib<sup>9</sup> affligunt. **A**t quot animi infestationes:  
quot diaboli infusiones patiamur: latius in sequentibus  
prosequemur. **Q**uāobrem licet caro viuificatiōis officū  
amet: tantāq; cū eo pacē pepegerit: vt si quid ei cōtrariū  
nouerit: implacabili odio/ naturali quodā instinctu abhor-  
reat: et curiosa sollicitudine aduerset: ob hocq; illecebra-  
rū desiderio ad vite amorē vt et cetera bruta animalia cō-  
ducamur: tamē si mente parū eleuet homo videatq; tan-  
tas sollicitudinuz anxietates: et q̄ omnis dies cū pre sue  
vite diffugiat: **E**t crebri subeāt morbi tristisq; senect<sup>9</sup>. **E**t  
cito labor et dure veniat in clemētia mortis: odio contra  
difficillimā vitā cōcitatur. iuxta illud: morte mori meli<sup>9</sup>  
est: q̄ mortis ducere vitā. **E**t tūc rationalis homo se ma-  
gis mente erigens: inspicit creatorē: et modū quo ad illuz

Virgili<sup>9</sup>.



fide et charitate puenire posset: et quomodo magis rationalis tamen  
to hoc gloriose in creatoris sui honore proficere conatur:  
etiam si vitam hanc miseram pro illius nominis gloria expone  
re habeat: sperans inde vitam suscipere sempiternam. Et si  
corpus mortale ac fetidum deponat: spem etiam certissimam  
recipit: quod illud in resurrectione immortale atque glorificatum  
reassumet. Inde qui maxima mentis eleuatione sunt ducti  
ad martyrium: quia in magnificentissimum christi nominis laudem  
puenire cognoscunt: desiderio successi rationali dispositio  
ne trahuntur. Et sic non contra naturam est martyrium: sed re  
omni alia naturalius dici potest. Sed contra hec viri illi  
carnales instant: Si vitam inquit hanc exponere certam  
morti dedi: at ea que me premia recepturum scribis igno  
ro. Certa enim quibus dulciter fruor pro incertis ac mihi dubi  
is turpiter ignominiosaque dare intendis: quod nullus cer  
te sane mentis unquam eligeret. Quibus responsio danda non  
esset: cum amissio anime opera carnalia solus ac presentia ut  
alia irrationabilia queque animalia querat. Non enim homini  
homines christiani sunt: vel solo christianitatis nomine con  
tendant. Regant hi firmianum illum. Lactantium: qui homines  
ab irrationabilibus animalibus hoc potissimum/ac nulla re  
alia magna differre ostenditque religione. Si ergo christia  
ni nomine religionem profiteris: christo vere et non fecte crede:  
illi suscipe imitationem cum doctrina. Lege euangelium: paulo  
eius apostolo fidem adhibe dicenti: quod pro fide sancti vice  
runt regna. Operati sunt iustitiam. Adepti sunt repromissio  
nes. Obturauerunt ora leonum. Extinxerunt impetum ignis.  
Effugauerunt aciem gladii. Conualuerunt de infirmitate.  
Fortes facti sunt in bello: et cetera alia infinita que om  
nia in fide perfecta videmus. Nam ut idem ait apostolus: *Paulus*  
Sine fide impossibile est quecumque placere deo. Credere enim  
oportet accedentem ad deum quia est: et inquirentibus se  
remuneratorem sit. Perito ergo Hieronymus in vita pauli  
exclamat dicens: O mortalium fragilis et caduca natura:  
et nisi christi fides nos extollat ad celum: et eternitas ani

Hierony.

me prouocatur: cum bestijs atq; iumentis corporum vna conditio. Idem concubitus: similiter homines et iumenta in fauillam et cineres dissoluuntur. Ideo pulchre ait Lactantius: Quicumque rationem hominis abiecerit: ac presentia secutus hominum seipsum prostrauerit: tamquam desertor dei et imperatoris: et patris sui punietur. Hos ergo viros huiusmodi qui in hac tanta carnis fece et infidelitate vivere volunt: non ad sanctissimum hoc martyrium inuitamus. Illos suam carnali vitam relinquimus et abijcimus. Illos deus vocat qui in christo spem ponere cupiunt: optant voluptuose. **Esaiam dicentem: Qui sperant in domino: habebunt fortitudinem: assument pennas ut aquile: volabunt et non deficient. Dicentque cum sapientia: turris fortitudinis nomen domini. Quis unquam sperauit in eo et confusus est?**

Elías.

**Quot sunt genera martyrii. Ca. iij.**

**M**artyrii genera seu species plures a doctoribus numerantur. Et et martyr ille dici possit qui in rerum habundantia seu ubertate constitutus: pietatem ac debitam abstinentiam seruat. Cuiusmodi fuit **Dauid**: fuit **Abraam**: et patriarcharum plures: qui cum diuicijs plurimis habundarent: ita parce vixerunt: quod homines iusti et secundum eorum omnipotentis dei reperti sunt. Et inter christianos principes multi. Et magis constantinus. **Theodosius maior et iunior**. **Lodouicus rex francie**. **Stephanus rex ungarie**: ut nunc provincie dicuntur: et alij plures: quos vere iustos dixit ecclesia. Dicunt etiam et martyrium esse pauperis illius qui pro dei honore suam largitus paupertatem: ut **Tobias** fuit: et vidua illa que duo erant misit in gazophylacium. Cuius generis inter christianos innumerati sunt reperiuntur. Addunt et aliud martyrii genus: castitatem in iuuetute: ut **Ioseph** fortiter et sancte in egypto suauiter. **Ad** nemo perfectus christo et sua misericordia adimpleuit: sequacesque illi fuerunt innumeri ut **Iobes euangelista**. **Stephanus primo martyr**. **Turbe monachorum** que in hoc agnuntur mirabiliter sunt secute. **Virginum seminarum exercitus innumerabiles: que christi**

Dauid.  
Abraam.

Constantinus.  
Theodosius.  
Lodouicus.  
Stephanus.

Tobias.  
Vidua duo  
era.

Ioseph.  
Christus.  
Marta.  
Iobanes euang.  
Stephanus.

iiii  
**Gregori<sup>o</sup>.** Iste ecclesiam mirabilib<sup>9</sup> ornamētis decorāt. Est et aliud mar-  
tyrū genus: vt dicit **Gregori<sup>o</sup>.** In aduersis verā patienti-  
am custodire. Aut em̄ sine ferro martyres esse possum<sup>9</sup>: si  
v patientiā in animo veraciter custodimus. Addit et cōpa-  
ti afflictis martyryū speciē eē. Hāc subdit: Qui dolorē ex-  
vi hiber in aliena necessitate: crucē portat in mēte. Itē ali-  
am psequit speciē: dicēs: Ferre cōtumelias/odientē dili-  
gere/martyriū est ī occulta cogitatiōe. Que omnia vt p̄-  
dixim<sup>9</sup> martyryū genera mirabiliter colligēs paucis in ver-  
**Cyprian<sup>o</sup>.** bis explicauit **Cyprian<sup>o</sup>:** ait em̄ in s̄mone de zelo et liuo-  
re: Non em̄ christiani nominis corona vna est que tēpo-  
re psecutionis accipit: habet et pax coronas suas: quibus  
de varia et multiplici cōgressiōe victores pstrato et sub-  
t acto aduersario coronamur. Libidinē subegisse cōtinen-  
tiē palma est. Cōtra iram: cōtra iniuriā repugnasse patiē-  
tiē corona est. De auaritia triumph<sup>9</sup> est. Pecuniā sperne-  
re laus ē fidei. Fiducia futuroz mūdi aduersa tollerare.  
v Et qui supbus in p̄speris nō est: gloriā de humilitate cō-  
vi sequitur. Et qui ad paupes fouendorū misericordiā pnus  
vii est: retributionē thesauri celestis adipiscit. Et qui zelare  
nō nouit: quibz vnanimis et mitis fratres suos diligit: dile-  
ctionis et pacis premio honoratur. In hoc virtutū stadio  
quotidie currimus: ad has iusticie palmas et coronas si-  
ne intermissione t̄pis peruenim<sup>9</sup>: hec ille. Ad que vt nos  
excitet **Chrysofostimus** exclamat dicēs: Tu christiane deli-  
**Chrysofost.** cat<sup>9</sup> es miles: putas te posse vincere sine pugna? sine cer-  
tamine triūphare? Exerce vires: fortitudie dimica. At-  
trociter in p̄elio isto cōcerta. Cōsidera pactū: conditio-  
nem attēde. Militiā nosce: pactū quē spopōdisti. Condi-  
tionē quā accessisti: militiā cui nomē dedisti: hoc em̄ pa-  
cto cūcti pūgnarūt: hac cōditione vniuersi vicerunt: hac  
militiā triūpharūt. Ultimū ac omniū p̄fecti<sup>9</sup> martyryū ge-  
nus est: qñ quis sanguinē et vitā suā p̄ Iesu christi nomi-  
e et gloriā exponit. Quod tante apud ecclesiam et factos ef-  
ficacie habitū est: vt dicat **Augustinus** de trinitate: libro

libro xij. Quicūq; nō pcepto regeneratiōis lauacro pro  
 p̄fessioe christi moriunt̄ tantū eis valet ad dimittēda pec  
 cata: q̄tū si abluerent sacro fōte baptismi. Ideo Ambros  
 sius de vita beate Agnetis dum post illi<sup>o</sup> passionē Eme  
 rentianā catecumina: ob cōfessionē nominis christi lapi  
 datam narrat. Nulli dubium inquit quin illius sanguis  
 pro illius baptismo fuerit. Quare dixit Maximus in ser  
 mone martyrū: Felix hic talis baptismus: quo omne des  
 bitū ita a catecumino erit: vt iā redire non possit. Et hu  
 ius ratio in promptu est: quia qui p cōfessione xp̄i mori  
 untur: in illis christus ab infidelibus impetitur: ac occi  
 ditur: quia non illū ppter illum: sed propter christū: euz  
 scilicet loco christi accipiendo psequunt̄: vnde ille vnum  
 cū christo factus est. Nec si cathecumeni solū sed pueri ⁊  
 fatui: si pro xp̄i nomine occiderentur felicem deponerent  
 martyrū.

Ambrosius.  
 Agnes.  
 Emeretiana.

Maximus.

**Quot modis pficitur martyrūm. Ca. iiii.**

**Q**uibus principaliter modis (vt dictis proxima  
 subsequamur) posse pfici seu consumari marty  
 rium dicim<sup>o</sup>. Primo modo: vt quis illud ani  
 mo impumat ac figat: ⁊ ipsius pena cruciet̄: vt  
 christi mater Maria semp virgo: cuius animā christi pas  
 sio vt gladius ptransiuit: quod pri<sup>o</sup> Simeon pphetavit:  
 et sancti de illa plurimū predicarunt. Vt em̄ Hierony  
 mus: Post q̄ mēte passa plusq; martyr est. Et Bernard<sup>o</sup>  
 pie de illa ait. O dñā mea vbi stabas? Hū quid iuxta cru  
 cem? Immo certe in cruce cū filio tuo. Vbi enī crucifixa  
 es secum: hoc tantū differt: quia ipse in corpore: tu autez  
 in corde. Ideo Gregorius beatam felicitā plusq; marty  
 rem dicit: quia septies passa est cū septē filijs: et octavo  
 suo corpore martyrū forti animo sustulit. In illius ergo  
 laudem cū Ambrosio prumpam<sup>o</sup>: O beata mater nato  
 tu su oz gloriata tormētis: quos nō plāctu: nō gemitu  
 ad inferna deducit: sed ad celestia eterna migrātes: per  
 petua laude prosequit̄. Perficit ⁊ alio modo martyrūm

Quot modis et q̄b; modis  
 martyrūm pficiat̄.  
 R. 3. modis  
 1. modo.

Maria  
 Simeon  
 Hieroni.  
 Bernardus.

Gregori<sup>o</sup>. papa  
 Felicitas

Ambrosi<sup>o</sup> Ep̄

ii. Modis.

tanta animi iocunditate: q̄ corporis penas quasi illas  
non sentiētes parvipendat. Quo martyriū certamine in-  
gens martyriū multitudo: celsitudine ⁊ certitudine cause  
sp̄retis penīs quibuscunq; animabant. Et tanta erāt spe  
inflammata mētemq; sic deo colligauerāt: q̄ corporis tor-

Laurenti⁹.

menta totaliter neglexerūt. Ideo beatus Laurenti⁹ duz  
in tormētis corā decio imperatore corpore miserabiliter  
torqueretur: animo tamē forti ⁊ iocundo dixit: *Pisce mi-*  
*ser quia carbones tui refrigerium mihi prestant: scilicet*  
*in mente ⁊ in anima.* Et iterū: vt penas corporis ob cele-

Maximus.

ste desiderii non sentire ostenderet: dixit imperatori: *Ec-*  
*ce assasti vnā ptem: gira alterā ⁊ manduca.* Quare *Maxi-*  
*mus* in eius laudē ait: Neq; enim beatus Laurenti⁹ igni-

Tyburcius.

um tormenta visceribus sentire poterat: qui sensib⁹ para-  
disi refrigeriū possidebat. Idē ⁊ Tyburcius romanus no-  
bilissimus: cū ob christi confessionē super prunas arden-

Ambrosius

tes pedibus nudis iussus esset incedere: leto vultu dice-  
bat ac forti. Quia amore Iesu christi videt q̄ super rose-

*Modo 70. iii*

os flores incedā. Ideo de Vincētio ait Ambrosi⁹: Plus  
ardens erat igne celi q̄ ferri: plus necit timore dei q̄ se-  
culi: plus dilexit mori mūdo q̄ dño. Quare vt cōcludēs  
ait Maximus: Nihil detrimenti patit in terris: cuius an-  
mus demorat in celis. Tertio modo p̄fici martyrium dici-

mus omniū sublimius: quādo quis corpore patit et ani-  
ma. Et in hoc princeps christ⁹ dñs noster fuit: qui corpo-  
re sic patiebatur: vt nulli hominū ita doleret humanitas.  
Eo exclamāte ac dicēte: deus meus vt quid dereliquisti  
me? hoc est: in tāta ⁊ sic dolorosa humanitate repositū: vt  
nulla vnq; fuerint: nec sic delicata corpora fient que pati  
vt patiebat illud possint. In anima vero innumerabili ho-

Ambrosius

minum multitudini cōpatiens: mirabiliter cruciabatur: sci-  
ens q̄ deus ipse propter illozū salutē factus homo: tātis  
penis vt alios ab infernali pena liberaret expositus: ⁊ in-  
gratos ac non credentes in inferno iuste cruciandos p̄ui-

deret. Unde Ambrosius in quodā sermone: *Poles dñe*

non tua sed nostra vulnera: non tuā mortē sed nostrā infirmitatē. Idco dixerat **Isaias**: Ipse autē vulnerat⁹ ē ppter iniquitates nras: attritus est ppter scelera nra: vere languores nros ipse tulit: et dolores nros ipse portauit. Conuenient igitur humanū gen⁹ ex parte xpī de tāta ingratitude ex pb̄auit **Augustinus** dicēs: Cū esses inimic⁹ patri meo: recōciliaui te p me. Cū esses lōge: ego veni vt redimerē te. Inter mōtes et siluas errātes quesui te: in lapides et ligna inueni te. Et ne lupoꝝ ferarūq; rapido ore lanieris collegi te: humeris meis portauit te: p̄fī meo reddidi te: laboraui: sudaui: caput meū spinis opposui: man⁹ meas clauis obieci: lancea latus meū aperuit. Tot nō dicam iniurijs: sed asperitatib⁹ lacerat⁹ sum. Sanguinē meum effudi: animā meam posui vt cōiungerē mihi te: et tu diuideris a me. **Execrabilis** igitur humani generis vecordia: q; xp̄m videat animo et corpore vt nos redimeret crucifixus: videat tāta pati. Et nos vilissima eū re postergamus: et qd pessimū est quotidie negamus. **Vendimus** et christianos nos esse obliuiscimur: qre merito venit ira dī in filios diffidētie: et a barbaris infidelib⁹ iuste opprimur et iustissime sbugamur. **Alio** et qdā admirabili et iustrato mō pfectū fuisse ī **Francisco** viro seraphico martyriū nouimus: q licet aīo et corpore amore Ihu xpī et p̄imi sui dilacerari omni tpe cuperet: mirabili tñ mō illd̄ affecutū fuisse p̄stat. **Nā** cū visionē illā hominis crucifixi cerneret. Cui⁹ super caput due eleuabā ale: due ad volādū extēdebant: due x̄o totū velabāt corp⁹. Qd̄ p̄pinq; aspiciēs mixtū merore gaudiū cor ei⁹ cōp̄ēdit. **Letabatur** qdē gratiosissimo visōis aspectū: s̄ crucis affixio dolore cōpatiēti vt gladi⁹ illi⁹ aīam p̄rāsibat. **At** cū seraphicū sp̄m nlla posse passōe teneri cogitarer: intellexit d̄no reuelāte: q nō per carnis martyriū: s̄ p̄ mētis incēdiū deberet in crucifixi similitudinē trāsformari. **Quare** disparēs visio: mirabilē illi⁹ in corde ardorē reliq̄t. **Hec** min⁹ inde mirabilia in carne xpī stigmata cōpuit. **Q**uari mira et in sc̄loꝝ sc̄la celebrā

Isaias.

Augustin⁹.

Franciscus.

ri cū litteris imbuerent p̄iectis in schola libris: sp̄ote ad  
martyriū locū p̄currētes se xp̄ianos p̄fessi sunt: Qui mox  
cū ab imperatore teneri iuberētur: et mutuis ad semulicē  
exhortatiōib⁹ roborarent: vt nec blāditijs nec minis vin-  
ci possent: extra ciuitatē p̄ducti: et a carnificib⁹ iugulati:  
martyriū coronas p̄meruerūt. Nec hi soli: sed pueroꝝ in-  
gens multitudo: ac pene innumerabiles turbe animo im-  
p̄territo om̄es vicerūt penas. Refert nāq; **Lactātius** di-  
uinarū institutionū libro tertio. **Q** cum videret vulgus  
illis t̄pibus dilacerari hom̄es varijs tormētoꝝ generib⁹:  
et inter fatigatos carnifices inuictā tenere patiētā existi-  
māt id qd̄ res ē: p̄seueratiā moriētū vanā nō eē: nec ip̄az  
patiētā sine deo cruciat⁹ tātos posse superare: latrōes et  
robusti corpis viri huiusmodi laceratiōes p̄ferre nō que-  
unt: exclamāt et gemit⁹ edunt. Vincuntur em̄ dolore: qz  
deest illis inspirata patiētia. **H**ostri aut̄ (vt de viris tace-  
am) pueri et muliercule: tortores suos tacite vincūt: et ex-  
primere illis gemitū nec ignis potest. **E**āt romani: et mu-  
tio glorient̄ aut regulo: quozū alter necandū se hostibus  
tradidit p̄ captiuū p̄duuit viuere. **A**lī ab hostibus depre-  
hensus cū videret mortē se vitare nō posse: manum foco  
iniecit: vt p̄ facinore suo satisfaceret hosti quē voluit oc-  
cidere: eaq; pena veniam quā nō meruerat accepit. **E**cce  
fessus infirmus: et fragilis etas: dilacerari se toto corpore  
vriq; p̄petitur: nō necessitate: quia licet vitare si velint: s̄  
volūtate quia cōfidūt deo. **E**t subdit hec est vera virt⁹:  
quā p̄bi q̄s gloriabūdi: non re: sed verbis inanib⁹ iactāt:  
differētes nihil esse tā cōgruēs viro sapiētī grauitate atq;  
cōstantia: qua nullis terrorib⁹ de sentētia et p̄posito pos-  
sint depelli. **C**lides ergo q̄ pulcherrime antiquoꝝ marty-  
rū t̄pa **Lactāti** ip̄e narrauerit: q̄bus etate et sessu glorio-  
sum fuisse multotiēs martyriū demōstrauit. **Q**d nō mun⁹  
ex doct̄issimis oratorib⁹ et philosophis decorē et gliam ali-  
quādo suscepit. **D**uos si quis ad plenū noscere cupit: le-  
gat **H**ieronymi librū de viris illustrib⁹: vbi et librozū vo-

Lactātius.

Mutius.

Regulus.

Hierony.

lumina: q̄ illi p̄ fide clarissima scripserūt cognoscere po-  
 terit. Nobis solū ex oratorib⁹ **Lyprianū** nomiare sat est:  
**Lyprianus.** q̄ (vt scribit **Hieronym.** eodē libro) rethoricam gliosissime  
**Lactātius.** docuit. Et **Lactātius**: q̄ magnā sibi gloriā ex artis orato-  
 rie p̄fessioe q̄sierat: ⁊ admodū mltra cōscripsit in suo ge-  
 nere mirāda. Erat em̄ vt ip̄e p̄sequit īgenio facili: copio-  
 so: suauī. Et q̄ f̄monis maxima est x̄tus apto: vt discerne-  
 re nō queas vtrū ne oratioz in eloquēdo: an facilioz in  
 explicādo: an potētioz in suadēdo fuerit. Et plures de il-  
 lo maximasq̄ laudes exequit in eiusdem volumis libro  
 vij. Fuit hic genere **Afer**: et cartagenēsis episcop⁹ mar-  
 tyri⁹q̄ coronatus octaua p̄secutione: sub **Valeriano** et  
**Salieno** impatorib⁹ vt eodē libro refert **Hieronym⁹**. **Ju-**  
**stinus.** stin⁹ etiā p̄bus de **Neapoli** palestine martyr nobilissimus  
 sub **Marco Antonino** vero et **Lucio Aurelio** comodo:  
**Eusebius.** q̄bus p̄tra gētes libz fortissimū obtulerat. Scripsit hic p̄  
**Hieronym.** religioe nostra plura ⁊ admirāda opa: q̄ ⁊ **Eusebius** in  
 historijs ecclesiasticis: ⁊ **Hieronimus** dicto libro p̄nume-  
 rant. Et cū longo tpe hec dep̄dita iacuissent: reperi ego  
 iam est annus velut abiecta hic in **Constantinopoli** grecis lit-  
 teris intēdens: huius **Iustini** laudes magnas narrat **Euse-**  
**Bristides.** **Bristides.** bi⁹ in dictis historijs. Sed q̄d de **Bristide** atheniēsi phi-  
 losopho eloquētissimo dicā: qui sub p̄stino habitu fide ⁊  
 sapientia clarissimus **Adriano** p̄ncipi libros de religioe  
 xp̄iana obtulit: ⁊ q̄ x̄ps **Jesus** solus est de⁹: vno ⁊ marry-  
 riy coronā p̄meruit: Quid de alijs p̄lib⁹ q̄bus decoratū  
 tūc extitisse martyriū eoz excellētia nemini dubiū eē po-  
**Chrystanti⁹.** test: **Cit** ⁊ **Chrystantius** iuuenis illustrissimus: nō solū ad-  
 mirabili sua doctrina martyriū decorauit: sed nobilitate  
**Tyburti⁹.** magna: gerebat em̄ pat̄ rome p̄fecturā in fascib⁹ q̄n̄ p̄ illū  
**Valerian⁹.** martyriū coronā p̄meruit. **Tyburti⁹** etiam ⁊ **Valerianus**  
 romāi nobilissimi sua s̄l̄r nobilitate martyriū decorarūt  
 Sed h̄ om̄ia **Agnes** gliosissima/ **Katheria** s̄l̄r ⁊ **Eugēia**  
**Agnes.** p̄lesq̄ alie p̄currētib⁹ om̄ib⁹ martyriū gliosis p̄tib⁹ totali-  
**Ambrosi⁹.** ter p̄cecept. Scribit em̄ de **Agnete** **Ambrosi⁹** x̄p̄ xij. etatis



sue anno mortē pdidit z vitā inuenit: qz solū vite dilexit  
 auctore. Studiū etiā lris ipēdebat: qm̄ vt s̄ bdit idē Am  
 brosi<sup>o</sup> illi<sup>o</sup> vitā describēdo: Infātia q̄dē cōputabat in an  
 nis: sed erat senect<sup>o</sup> mētis in mēsa: dū a scolis reuertebat  
 a p̄fecti vrbis filio adamata fuit. Erat etiā romana nobi  
 lissimis orta parētib<sup>o</sup>: q̄s (vt p̄seqtur Ambrosi<sup>o</sup>) non au  
 sus est vrbis p̄fectus illos ob nobilitatē ad iudiciū trabe  
 re: sed solū xp̄ianitatis infamia annotauit. **Katherina** si  
 militē iuuēcula z virgo speciosissima / plib<sup>o</sup> disciplinis edo  
 cta / regis filia: xp̄i blasphemias nō sustinēs: sp̄ote hostib<sup>o</sup>  
 fidei se ingessit. Sed q̄d de **Eugenia** nobilissima romana  
 dicem<sup>o</sup>: q̄ latinis lris z grecis eruditissima: omnia z **Aristo**  
**tel** argumēta z **Platonis** ideas et **Socratis** monita di  
 uino suo ingenio nouerat: Exēplo vite **Tede** cōmota in  
 egypto vbi pat̄ suus **Philippus** a comodo impatore z se  
 natu: sue omnis etatis tpe p̄ses p̄stitur<sup>o</sup> fuerat: ad xp̄i fidē  
 cū duob<sup>o</sup> suis enuchis **Proto** z **Hyacintho** p̄uersa est: et  
 monasteriū incogniti intrauerūt: s̄ volēte dño: p̄re in suc  
 cessu recognita: p̄uersiōis illi<sup>o</sup> causa z matris ac fratrum  
 fuit. Et tandē post p̄ris mortē rome cū suis reuersa mar  
 tyrio gl̄iosam suscepit coronā. Ampli<sup>o</sup> gl̄iaz sūpsisse mar  
 tyriū similis z decorē ex magna martyriū p̄stātia z passio  
 nis acerbitate dicim<sup>o</sup>. **Hā** dicebat **Andreas**: Tāto em̄ re  
 gi meo ero acceptior: q̄sto fuero p̄ ei<sup>o</sup> nomie in tormētis  
 p̄stātior. Idē z **Agatha** dixit p̄sidi: Nō pōt aīa mea ī pa  
 radisū itroire cū palma martyriū: nisi diligēt p̄feceris coz  
 pus meū a tuis carnificib<sup>o</sup> attractari. **Quid** **Cincētius** z  
**Alōne** cū sibi diceret datian<sup>o</sup>: Allm̄ erit tormētoz gen<sup>o</sup> qd̄  
 tuū p̄tereat corp<sup>o</sup>. Respōdit: h̄ est qd̄ sp̄ optaui: nemo mi  
 hi amabilior: nemo mihi familiarior te est: tu solus ad vo  
 ta mea cōcordas. **Quid** de illo dicā **Iuene** quē in vita  
**Pauli** primi heremite describit **Hieronymus** positū in le  
 cto florido: manibus ligatū z pedib<sup>o</sup>: ad quem cum ve  
 nerit puella quedam corpore pulcherrima: z mente impu  
 dica illum qz impudice tractaret et non habens ille arma  
 b iij

Catherina.

Eugenia.  
Aristoteles.  
Plato.  
Socrates.

Prothus.  
Hyacinth.

Andreas.

Agatha.

Cincētius.

quib<sup>9</sup> se ab hoste eruere posset linguā ppriā dētib<sup>9</sup> suis incidit: et in illius diabolice puelle faciē expuit. **Q** certe martyrī magna cōstantia: qui cū Iesu xpī dulcedine repletus esses: nō solū tormēta q̄cūq; p nihilo reputabas: sed dulcia mūdi hui<sup>9</sup> ac delectabilia vt amarissima et pessima: ne xpī dulcedinē pderes: mirabili ac exq̄sito mō respuere nouisti. **F**lam et ergo vnus q̄sq; ad dñm deū suum cū Augustino et dicat: Omnia peto mihi amarescant dñe: vt tu sol<sup>9</sup> dulcis appareas anime mee q̄ es dulcedo inextinguibilis p quē cūcta amara dulcorant. **T**ua em̄ dulcedo Stephano lapides torrētes dulcorauit. **T**ua dulcedo craticulaz Laurētio dulcē fecit. **P**ro tua dulcedine ibāt apli gaudentes a cōspectu psily: qm̄ digni habiti sunt p nomine Iesu ptumeliā pati. **I**bat Andreas ad crucē secur<sup>9</sup> et gaudēs: qm̄ ad tuā dulcedinem pperabat. **H**ec tua dulcedo ip̄os ap̄toꝝ pncipes sic repleuit: vt p ea crucis patibulū vnus eligeret. **A**lter caput feriētī supponere nō timeret. **P**ro hac emēda pellē ppria; Bartholome<sup>9</sup> dedit. **P**ro hac gustanda veneni poculū Iohes intrepid<sup>9</sup> epotauit. **H**āc dulcedinē tuā ineffabilē et Agatha gustauerat virgo: de qua legim<sup>9</sup> q̄ letissime et gloriānt ibat ad carcerē: et quasi ad epulas inuitatata. **H**āc vt reor et ip̄e gustauerat q̄ dicebat: **M**agna multitudo dulcedinis tue domine: quā abscondisti timentib<sup>9</sup> te. **E**t idē monebat: **S**ustate et videte qm̄ suauis est dñs. **H**ec ē illa beatitudo dñe de<sup>9</sup> noster quā expectam<sup>9</sup> daturū te nob: pro qua tibi dñe cōtinuo militamus: p qua mortificamur tota die: et extimati sumus sicut oues occisiōis: vt tibi et in tua vita viuam<sup>9</sup>.

Augustin<sup>9</sup>.

Stefanus.

Laurenti<sup>9</sup>.

Andreas

Petrus.

Paulus.

Bartholo.

Iohannes.

Agatha.

Dauid.

**Q**uibus virtuosis dispositiōibus martyrīum est suscipiendū. **Ca. vi.**

**S**ad martyrīū a deo tractus migrare intendis iduef magnanimitatē: alacritatē: liberalitatē. **E**t brachio tuo charitatis scutū accinge. **I**stis em̄ armaturis: et mūdū et fortissimos hostes: ac illoꝝ ictus durissimos supare poteris: faciat anim<sup>9</sup> tu<sup>9</sup> magnificus te

nunq̄ terreri hostib⁹: nūq̄ in fugā verti. **D**isce a clarissi-  
mo viro illo **J**uda machabeo: q̄ virilitate ⁊ magnanimitate nulli⁹ nūq̄ hostiū vultū fugit: p̄usq̄ potuit vita p̄uari: q̄ in fugā x̄ti. **N**ōne ⁊ leo irratiōale aīal qz magnanimitate decorat⁹: a venatorib⁹ circūsept⁹ nūq̄ fugit: s̄ medius in locū p̄siliēs: om̄ib⁹ se ostēdit: lāccis ⁊ vulnerib⁹ se exponēs: sui cordis altitudinē mōstrat. **I**deo magnanimus **C**incētus: dū ad martyriū p̄ datianū p̄sidē vocaret̄ intrepid⁹ ad br̄m **V**aleriū episcopū suū p̄uersus dixit: **Q**uid s̄b murmure x̄boz māfuetoz supbū alloq̄ris. **E**xclama poti⁹ ⁊ increpa istū infidelē: vt rabies q̄ cōtra dñm suū latrat: ip̄a vocis auctoritate frāgat. **I**nspicēdū tñ q̄ sicut nos magnanimitate tueri oportet: sic supbiā ⁊ arrogātiā omnino fugere tenemur: cū supba aīa in sua p̄fidēs potētia sua sit formidinis. **U**t vnū ex mltis accipe exemplū de **F**erre p̄fay rege: qui tumido q̄dā illo ac supbissimo faustu picla ⁊ hostes p̄pēderet (vt scribunt historie) mirādū illū exercitū misabili p̄didit. **E**x q̄ de illo merito scribit⁹: q̄ vbi abeēt piculū: plurimū inflatus: et in p̄lio postrem⁹ sperat. **I**n fuga p̄m⁹ ⁊ in picul timidissim⁹ apparebat. **N**ō ergo supbia/s̄ hūilitate: non arrogātia/s̄ mansuetudine: nō timiditate/s̄ magnanimitate: ad bellū pro **J**esu x̄pi gl̄ia gradiamur. **E**t tūc p̄fitebimur tibi dñe in timore tuo: ⁊ nō in nostra potētia q̄ nulla est sperabimus: sed in tua dñe fortitudine: q̄ sola nos sustinet: ⁊ sine q̄ nos succumbere est necesse. **I**deo dicebat **A**ugustin⁹: **V**elle q̄pe mihi adiacet: p̄ficere aut̄ nō inuenio. **V**elle etiā qd̄ bonū est nō possum: nisi tu velis: nec qd̄ volo possum: nisi tua potentia me confortet. **D**ebem⁹ etiā si ad martyrium vocati sumus cū alacritate illud velle. **H**ylarē em̄ dato rem diligit deus. **Q**uare in actib⁹ ap̄loz gaudētes a conspectu p̄siliū ibant apli: qm̄ digni habiti fuerāt p̄ nomine **J**esu p̄tumeliā pati: vt paulo sup̄ dixim⁹. **I**do letissime ⁊ glorianē **A**gatha ad carcerem ibat: vt quasi ad epulas iuitata. **A**ccedēdū etiā ad martyriū om̄i liberalitate nō

Judas machabeus.

Cincētus.  
Valerius.

Ferres.

Augustinus.

Agatha.

dolere de diuitijs trāstorijs et alijs q̄ reliquis in sc̄lo: qz  
cū illis celestis regni diuitias difficillime querere possu-  
mus: vbi em̄ thesaurus tu<sup>s</sup> (vt ait veritas) ibi cor tuū est.  
**Socrates**  
**theban<sup>9</sup>.** Ideo licet impudent̄ satis nec xp̄iane ageret **Socrates**  
ille thebanus hō quōdā ditissimus: q̄ cū ad philosophan-  
dū athenas pgeret: magnū auri pōdus abiecit: nec puta-  
uit se posse z vtutes simul z diuitias possidere: tamē p̄  
satis z nos intelligere possumus q̄ si dolore aliq̄ derelin-  
quēdis diuitijs p̄mimur: ad excelsas vtutes suffarcinati  
patrimonio puenire nō poterim<sup>9</sup>. Nō etiā si dei res agit  
